



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 58. Fervens Cæsar is erga pacem studium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

§. LVIII.

Sæc. XVII.
A.C. 1642.*Fervens Cæsaris erga pacem studium.*

Complanatis tandem difficultibus
 circa securitatis literas motis Fer- ^{Jæger. hist.}
 dinandus Imperator maturandæ pacis ^{Eccl. l. 3.}
 studio accensus, per castra ac Cæsarea ^{Brachel.}
 passim præsidia, ut hæ literæ ab om- ^{Hist. l. 6.}
 nibus sacrosancte haberentur, promul- ^{Bougeant}
 gari jussit, idem quoque urgente Cæ- ^{Hist. belli}
 faris Legato Torstensonius a Sueciæ ^{tric. part. I.}
^{l. 4. §. 52.}

Regina fieri jubebatur: Postea Impe-
 rator Francofordiæ, ubi Imperii Ordi-
 nes comitia agebant, cunctos horta-
 batur, ut tandem circà prævios pacis
 pertractandæ articulos suam explic-
 ent mentem, ac præprimis certam
 diem, qua Monasterii & Osnabrugæ
 conveniretur, præfigerent: sub idem
 tempus Daniæ Rex, qui conciliatoris
 partes in se susceperebat, per Langer-
 mannum Oratorem suum de nocivis,
 quibus datæ securitatis literæ a quibus-
 dam carperentur, cavillationibus acri-
 ter questus, pro tradendis hisce literis
 diem vigesimam octavam Aprilis, pro
 inchoando autem pacis conventu diem
 decimam quintam Maij decrevit. Hunc
 terminum nimis angustum esse quere-
 bantur Sueco-Galli, qui, etsi ardens
 pacis desiderium simularent, seque die
 unde-

Sæc. XVII. undecima Junii ad inchoandas pacifica-
A. C. 1642. tiones Osnabrugæ ad futuros, in vul-
gus sparsissent, indies tamen alias ex
aliis protelationum caussas necabant:
Horum nihilominus importunitati ce-
dens Imperator, terminum ad proxi-
mum Mensem Julium currentis anni
supra millesimum sexcentesimi quadra-
gesimi tertii extendit.

§. LIX.

Prævii pacis pertractandæ articuli.

Adlxreit. Tandem post quinquennii labores mu-
annal. Boic. tuo partium consensu admissi fuere
l. 28. §. 4. præliminaires, ut vocant, pacis arti-
Barre hist. culi, quos Conradus Lutzovius Cæsa-
d' Allemagn. reæ Majestatis Legatus Arausio Comiti
tom. 9. Franciæ Oratori tradidit, ac demum
communi omnium applausu promulga-
vit, in hanc sententiam:

Sacræ Cæsareæ Majestatis & Im-
perii Aulico-Consiliarius ad Circulum
inferioris Saxonie, & ad pacis præli-
minaria cum potestate Deputatus Le-
gatus, Conradus a Lutzaw, &c. Uni-
versis & singulis, quorum interest, con-
stare volumus; postquam multis retro
annis agitari cæperunt rationes insi-
tuendæ de pace universali tractationis,
atque aliæ difficultates in præliminari-
bus emerserunt; tandem, Deo aspi-
rante,